

no 21

N I C O L A I
V E R N V L Æ I
 HISTORIOGRAPHI REGII
 ET PVBLICI ELOQVENTIÆ PROFESSORIS,
 INSTITVTIONVM
O E C O N O M I C A R V M
 LIBRI DVO.

*Qui Omnia Domestica Doctrina, seu Familia
 regenda elementa continent.*

Nunc demum Additamentis, id est, Scriptorum Testimonijs, Authori-
 tatibus, Exemplis, & Documentis, quæ instar commenta-
 riorum sunt, adornati.



L O V A N I I,
 Apud IOANNEM VRYENBORCH, Sub Biblijs.
 M. DC. XLIX.

Cum Gratia & Privilegio.

PERILLVSTREBVS ET MAGNIFICIS DOMINIS

CHRISTOPHORO

ET

CASIMIRO LEONI

SAPIEHA

PALATINIDIS VIENENSIBVS,

ILLVSTRISSIMI DOMINI

LEONIS SAPIEHA

PALATINI VIENENSIS,

Supremi Exercituum Lituaniae Ducis, Mohilemensis & Brestensis Capitanei

FILII

FRATRIBVS GERMANIS,

NICOLAVS VERNVLÆVS

dedico confecroque.

PERILLVSTRES AC MAGNIFICI DOMINI,



VIT ea doctę Antiquitatis persuasio, neminem in Reipublicę gubernaculis cum dignitate sedere posse, qui prius regere Familiam non didicisset. Et Romani, qui Virtutum omnium exempla posteritati dederunt, non semel eos Senatu mouerunt, qui Familię suę rationes non rectę Consorium iudicio instituerant. Aded neminem prudentem esse Politicum iudicauerunt, qui non bonus esset Oeconomus. Quod cum mihi certę ratione persuaderem, & iam antea *Politicas Moralesq; Institutiones* publicę luci dedissem fixum in animo fuit *Oeconomicam* Doctrinam scribere, & sic Triadem implere. Ea verò cum iam in publicum prodeat, non potui melius, quàm *Perillustri Magnificentia Vestra* illam consecrare. Volentem me ac nequaquam inuitum impulit affectus ille inprimis, qui me totum vestris obsequijs deuouit, & quem singulari Humanitate vestrã complectimini. Permouit ipsa deinde Ratio. Nam cum ita nati sitis, atque eã indole menteque præditi, vt sedere aliquando in Reipublicę Polonicę subsellijs debeatis, tum in hac Louaniensi Academia continuo indefessoque studio illa vobis comparatis, quę & prudentes Senatores forment, & magnos Duces exornent. Inter quę cum non vltima sit Domesticarum rationum cognitio, nihilque vestrorum ingeniorũ aciem effugere laudabiliter velitis, venio in eam spem, fore, vt ad præclaram institutionem vestram aliquid hisce *Oeconomicis Institutionibus* videar contulisse. Atque eã cum simul à me publico Iuuentutis bono donentur, vel idcirco placere poterunt, quod *Perillustre Nomen Vestrum* præferant. Quippe ij estis in his Academiae spatijs, quos & generosa animi indoles, & rara morum grauitas, & sapientię amor magnos olim fore testantur. Imò dum Virtutibus & Scientiã atatem præuertitis, rarò simul

NICOLAI
VERNVLÆI

INSTITVTIONVM
OECONOMICARVM

SEV

ELEMENTORVM

DOMESTICÆ DOCTRINÆ

LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.

De Familiæ Natura.

CAPVT I.

Quid Familia, quæ eius materia, & forma?



FAMILIA est naturalis societas hominum sub eiusdem Quid sit Familia. Eius materia. Patrisfamilias imperio viventium ad usum vitæ quotidianum instituta. Eius materia personæ sunt ad Familiam necessariæ, vt pater, filius, vir, vxor, dominus, seruus: item possessiones seu res omnes possessæ, quæ tamen non à natura sunt, sed à fortuna. Forma est ipsa Oeconomia, seu recta personarum, rerumque in Familia necessariorum administratio bonis legibus temperata, per quam totius Domus ordo consistit. Per hanc enim fit, vt cum personæ, tum res possessæ quoddam vnum constituant corpus, vt vitæ communitio in Familia reperitur. Inter Familiam & Domum, quemadmodum hic accipimus, nullum est discrimen. Aristoteles lib. 1. Polit. cap. 2. *Societas*, inquit, *in omnes dies vitæ constituta natura conueniens & consentanea domus est.* Et lib. 2. Polit. cap. 2. *Domus res quædam est suis ipsa copiis contenta magis, quàm homo vnus.* Hinc Hesiodus: *Esto domus primum tibi femina, bos & arator.*

Bos enim pauperibus pro seruo est. Charondas, teste eodem Aristotele, Familiam appellabat homines ex eodem penatio victum sumentes. Epimenides autem Cretensis dicebat homines esse vno & communi furno vtentes. Isidorus lib. 4. cap. 9. *Domus*, inquit, *est vnius Familiæ habitaculum, sicut urbs vnius populi, sicut Orbis domicilium est totius generis humani.* Communis consuetudo hominum pro tabernaculo Domum accipit. Sed ad parietes trahenda hoc loco domus non est. Vlpianus Familiam esse dicit plures personas, quæ sunt sub vnius potestate, aut natura, aut iure subiectæ. Puta Patremfamilias, Matremfamilias, Filiumfamilias, qui que deinceps vicem eorum sequuntur, vt nepotes & neptes, alique deinde l. 195. §. 2. ff. de verbor. significat.

Λ

Addita.

INDEX TITVLORVM ET CAPITVM.

2. <i>Varia Domini & serui diuisiones.</i>	61	7. <i>Vtri sint ingeniosiores, domini an serui.</i> — <i>ibid.</i>	—
3. <i>Quanta sit dominorum in seruos potestas.</i>	<i>ibid.</i>	8. <i>An praeter seruum habere minus ingeniosam & timidam, quam subtilem & animosam.</i>	70
4. <i>De officio Domini erga seruos.</i>	66	9. <i>Exempla singularis fides seruorum erga dominos.</i>	71
5. <i>Quenam sint seruorum virtutes, in quibus eorum officium cernitur.</i>	67	10. <i>De officio seruorum erga dominos.</i>	72
6. <i>Quales serui sint comparandi, & quo numero.</i>	69	21. <i>Varia de seruis quaestiuicula.</i>	73

LIBRI SECVNDI,

TITVLVS I.

De acquisitione in genere.

CAP. I. *Res aliquas ad familiam sustentandam acquirendas esse.* 74

2. *Leges Patrifamilias in acquisitione seruanda.* 75

3. *Utrum Oeconomus studere potius debeat natura, an fortuna seu artis bonis acquirendis?* 76

4. *Utrum praeter bona sua in agris retinere & curare, aut is venditis necessaria familia procurare.* 77

TITVLVS II.

De naturali acquirendi ratione.

1. *De acquisitione per agriculturam.* 78

2. *De acquisitione per pecuariam.* 79

3. *De acquisitione per venationem, aucupium, piscationem.* 80

4. *De acquisitione per praedatariam.* 81

5. *De vario vitenens ritu, quibusdam populis vfitato.* 82

TITVLVS III.

De artificiali acquirendi ratione.

1. *Quid & quotuplex artificialis acquirendi ratio.* 83

2. *Quatuor species rationum acquirendi praeter naturam.* *ibid.*

3. *An commutatio sit naturalis, & qua eius causa.* 84

4. *De Mercatura.* 85

5. *De faueratione seu usura.* 86

6. *De Mercenaria.* 87

7. *Quis verus sit diuitiarum modus.* *ibid.*

8. *Ingentes quorundam opes.* 88

TITVLVS IV.

De vsu diuitiarum.

1. *Necessarium esse diuitiarum usum & quibus rebus cernatur.* 89

2. *De vsu diuitiarum circa aedificia.* 69

3. *De vsu diuitiarum circa suppellectilem.* 92

4. *De vsu diuitiarum circa conuiuia.* 93

5. *De vsu diuitiarum circa vestilem.* 95

6. *De cura sanitatis habenda.* 97

7. *Monita quaedam ad Oeconomum curam spectantia.* *ibid.*

FINIS.

